



## ADDITIONES.

**(a)** **N**unquid fideicommissarius succedat in feudo. ] Num † & quando feudum in fideicommissum veniat, prater Clarum nostrum, & per eum relatos, copiose explicatus Michael Graffus lib. 1. recept. sentent. §. fideicommissum, quæst. 50. Hartman. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 9. num. 118. Rosenthal. in tract. juris feudal. cap. 7. conclus. ii. aliquis plurimi, ab his memoriati. HARP.

## QUÆSTIO LXXXVI.

## SUMMARIUM.

## EX CLARO.

1 Institutus in re certa an succedat in feudo.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus vasallus de feudo testari queat, remissive.

**Q**uæro: vasallus habens plures filios, instituit unum ex eis in re (a) certa, nunquid iste filius institutus in re certa succedet æqualiter cum aliis universitatem hereditibus institutis? Resp. quod sic. Ita allegatur tenuisse Bartol. in l. iuris iurandi, §. si liberi, nu. 6. ff. de oper. libert. qui tam loquitur in emphyteusi, & dicit Curt. jun. de feud. in 2. parte prima partis tertie partis principalis, quæst. 5. quod ita decidunt communiter Doct. Dicit etiam Didac. lib. 2. refut. c. 18. num. 5. quod in hoc Doctor. communiter contentum. Hæc quæstio iudicio meo pendet ad illa, an vasallus (b) possit de feudo testari, de qua dixi supra quæst. 40.

## ADDITIONES.

**(a)** **N**on certa. ] Hic occurunt quamplyores questiones. Prima est, an taliter institutus habeat beneficium, l. c. de editi. div. Ad. toll. Secunda an nullo dato herede testatoris universalis, si testator expressè prohibuit, ne ipsa investitura trahatur ad alia bona, taliter institutus succedat etiam in omnibus aliis? Tertia est: an infra eam habeat actiones hereditarias active, & passive? Quarta est. An possit propria auctoritate apprehendere reliatum sibi factum? Quinta. An habeat ius accrescendi universalis instituto repudiante? de quibus omnibus vide seriatim in *mea collect. commun. opin. in verb. insitu. GIACH.*

**(b)** **A**n vasallus possit de feudo testari. ] De † hac questione dictum est supra ad quæst. 40. & eam, post alios, explicatus persequitur D. Bocer. in tractat. de jure succendi in feudum, cap. 1. q. 1. & aliquot subseq. HARP.

## QUÆSTIO LXXXVII.

## SUMMARIUM.

## EX CLARO.

1 Finito feudo an proximiores iheres vasalli sint investiendi.

Ex Additionibus.

1 Nunquid dominus feendum ad se revertetur, si iterum illud infideudare velit, consanguinei potius prioris vasalli, quam exarantur concedere debent.

**Q**uæro: fuit concessum feendum Titio usque in quartam generationem. Modo finita est quar-

ta generatio Titii, nunquid (a) poterunt sibi, vel proximiores agnati vasalli, ultimo loco defundi, petere sibi confirmari feendum? Resp. quod sic, & si non fiat refirmatio, fit eis injuria, & ideo possunt appellare ad superiorē, ut cogat, quod refirmatio fiat. Et hæc est famosa doctrina Bart. in l. 1. §. permititur, ff. de aqua quotid. & astrea. & est communis opin. ut dicit Ruin. conf. 12. nu. 18. & seq. lib. 1. Curt. jun. de feud. in 24 partis principali, in 1. parte qu. 15. Sed hoc nunquam vidi in feudis servari in prædicta, & forte durum cillet obtinere, licet in emphyteusi aliquando viderim judicari secundum illam doct. Bartoli. Vide quæ dixi supra hoc ead. lib. §. emphyteusi, (b) q. 43.

## ADDITIONES.

**(a)** **N**unquid poterant filii, vel proximiores agnati vasalli, &c. ] Licet & frequentioribus Doctorum calculis recepta sit opinio, quod dominus feendum ad se revertetur, si in aliis rursus conferre velit, consanguinei potius prioris vasalli, intra annum re integræ parentibus illud, quam extranci, concedere debent, Joan. Baptista à Villalob. in *communibus opinionibus in verb. vasallo mortuo. &c.* Ludovicus Roman. conf. 22. & ibi Horat. Mandos. in *verb. communis opinio.* Joan. Eichard. conf. 13. num. 13. tom. 2. Dec. conf. 78. num. 13. Tiraq. de retraci. proxim. in prefat. num. 40. Vigil. Minyngton. cent. 5. observ. 16. & cent. 6. observat. 79. Wurmber. sub tit. de feud. obser. 7. Vult. libr. 1. de feud. c. 11. num. ult. pag. 831. Schroter. lib. 1. disput. dijps. ult. th. ultim. illa tamē feudorum placitis minus consentanea videtur, tis 24. verf. si autem dominus, lib. 1. F. tit. 54. in fin. & tit. 55. §. collidit, lib. 1. ad dominum libere revertatur, lib. 2. F. And. Gail. lib. 2. obser. 142. num. 2. verf. sed senior opin. &c. D. Bocer. class. 5. disput. 20. th. 164. ad litteram B. edit. 2. Hucque referenda sunt, quæ annotavimus supra in §. emphyteusi q. 43. HARP.

**(b)** **Q**uæst. 43. ] Vide ibidem, quæ dixi in Addit. GIACH.

## QUÆSTIO LXXXVIII.

## SUMMARIUM.

## EX CLARO.

1 Finito feudo cui remanere debeant melioramenta. Et an sit in electione domini, pati, quod edificium tollatur, vel solvere eius affirmationem. 2 Et an eo causa affirmandus sit valor edificii, vel ipsa materia tantum. 3 Et an incrementum contingens in re feudali sit vasallus, vel dominus. 4 Et quid de servitutibus quas vasallus pretio acquisivit ad beneficium rei feudalis. 5 Et an habens castrum in feudum sine jurisdictione, si acquirat jurisdictionem, acrescat feudo.

## Ex Additionibus.

1 Feudo sine culpa vasallus finito, melioramenta pertinent ad heredes allodiales. 2 Melioramenta, feudo culpa vasallus amissi, perirent ad dominum, vel agnatum. 3 Incrementum in re feudali contingens ad quem spectet, remissive.

**P**one, finita est investitura feudalis, vel per cursum temporis, vel per generationem finitam, vel alterius, absque tamē dolo, vel culpa ipsius vasalli; Quaro, cui remanere (a) debent melioramenta facta super ipsa re feudali? Resp. si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius vasalli, puta, quia domum

## Lib. IV. §. Feudum, Quæst. LXXXIX. 319

## ADDITIONES.

domum fabricavit in re feudali, vel hujusmodi, eo cafo talia melioramenta spectant (b) ad ipsum vasallum. Et hanc conclusionem sequuntur omnes Doct. ut dicit Alvarot. in c. 1. §. si quis de manfo posse nu. 5. de controv. inv. Erit tamen in electione (c) domini, vel solvere vasallo affirmationem ipsorum melioramentorum, vel pati, quod ædificium tollatur. De hoc est text. exp̄s in c. 1. §. vasallus in titulo, hic finitur lex.

2 Sed quero, nunquid erunt æstimanda melioramenta juxta valorem ædificii consistentis, an autem debent æstimari rudera, & materies, quæ ex ipso ædificio diruto vendi posset? Resp. Bald. in d. §. si vasallus nu. 4. in famili quæst. tenet, quod debet æstimari (d) valor plurorum melioramentorum, non autem a dñi diruto, & subdit quod ita conservatur consuetudo. Idem etiam dicit Bal. in Aub. excepit, post nu. 2. C. de bonis quæ libert. quem refert Molin. in confut. Paris. feud. §. 1. gl. 5. n. 98. Reperio tamen Beroum q. 69. post nu. 4. verf. Si vero feudum, dicentes, quod magis communis opinio est quod æstimentur rudera, & ædificium dirutum. Sed dubito, quod in hoc ipse Beroum verum non dicat. Et ita Molin. in d. gl. 5. num. 98. dicit, quod scribentes sequuntur Bald. cujus opin. iudicio inco requiri est: & illam ego quererer in judicando, si casus continget.

3 Item quero, an incrementum (e) contingens in re feudali sit ipsius feudatarii, an autem dominus directi? Resp. distinguendum esse inter incrementum directum, & incrementum latens. Nam si sit incrementum directum, puta, insula in flumine nata è regione fundi feudalis, hoc acquirentur domino directi. Si vero est incrementum latens, puta, id quod per alluvionem accedit in fundo feudali, hoc pertinet ad vasallum. Ita dicit gl. in d. §. si quis de manfo, in verb. Referaverit, quæ est communiter approbat, ut dicit Ruin. conf. 7. num. 12. in fin. lib. 1. Hæc tamen resolutio mihi non multum satisfacit, quia cum proprietatis feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino, nisi aliter ex tenore ipsius investiturae appareret, propterea forte æquum esset dicere, quod omne incrementum acceditus feudo, absque industria vasalli, respectu proprietatis acquiritur domino directi: respectu vero utilis dominii acquiritur vasallo, Cogita.

4 Sed quid de servitutibus, quas ipse vasallus pretio acquisivit in beneficio rei feudalis? Resp. quod servitutes, & alia iura inseparabilia accident feudo, & rem feudalem sequuntur, & consequenter finito feudo, una cum illo ad dominum, directum pertinent, non autem ad heredes vasalli, ad quos feendum non transit, & in hoc omnes convenient, ut ait Beroum in d. q. 96. num. 6. dicit Alvar. in d. §. si quis de manfo post num. 5. quod hanc conclusionem sequuntur omnes Doctores.

Sed pone, Princeps habens castrum sine jurisdictione, illud concessum, sed etiam contra ipsum dominum directum: si vero illi tantum facta est promissio de investiture, tunc si est vallata stipulatio, competit actio ex stipulato: si autem non est vallata stipulatio, competit condicione ex morib. Et ita communis opin. ut ait Curt. jun. de feud. in 1. parte principali, q. 10.

## ADDITIONES.

**(a)** **U**eræ actio competat pro feudo. ] De † actionibus, sed utrum feudum competentibus, post Clarum nostrum, accurate differant Joannes Borcholt. in Com. D d 4 mentar.

mentar. in consuetud. feudor. cap. 9. Dn. Bocer. class. 5. dispit. 21. lib. 4. & seqq. edit. 2. Vulteius lib. 2. de 1. Henricus à Rofenthal. in tractat. juris feudal. cap. 12. conclus. II. & seqq. aliisque plurimi, per hunc commemorati. HARP.

## QUESTIO XC.

S U M M A R I A.  
E X C L A R O.

1. *Quis sit Judex competens in causis feudalibus, inter dominum, & vasallum.*
2. *Et quomodo eligantur pares curia.*
3. *Et an pares curiae cogi possint ad judicandum.*
4. *Et an pares curiae cognoscant iner dominum laicum, & vasallum clericum.*
5. *Et quis sit Judex inter ipsis vasallos super feudo litigantes.*
6. *Et an jurisdictione domini inter vasallos sit ordinaria, vel delegata.*
7. *Et quid si inter eorum neget se esse vasallum.*
8. *Et quid si dominus sit laicus, & vasalli sunt clerici.*
9. *Et quid si inter ipsis agatur tantummodo de possessione ipsius feudi.*
10. *Et an vasallii litigantes super feudo possint prorogare jurisdictionem alterius, ut sit Judex inter ipsis sine licentia domini.*
11. *Et quis cognoscit in causa appellationis interposita à sententia inter ipsis lata per dominum.*

Ex Additionibus.

1. *In controversiis feudalibus quis sit judex competens, remissio.*

**Q**uero, quis sit Judex (a) competens in causis feudalibus? Resp. quod si est controversia super feudo inter dominum, & vasallum, co causa eliguntur pares (b) curiae, qui in causa ipsa iudicant. Text. est in c. 1. §. præterea, si inter, de probib. feud. alien. per Frider.

Sed quomodo eligentur isti pares curiae? Resp. quod primo dominus eligit unum, vel plures, quod voluerit, & deinde vasallus eliget totidem juxta numerum a domino comprobatum. Ita dicit gl. in d. §. præterea si inter, in verb. pares curie, & Bald. in c. 1. in primis verbis, de conuover. feud. apud partem. Et ita volunt communiter Doctor. ut dicit Jac. de feud. in verb. Et dicti vasallii, post num. 10. ver. Quero etiam.

Sed an isti pares curiae poterunt cogi ad iudicandum? Resp. quod sic. Et ita volunt omnes Doctor. ut ait Jac. in verb. Et dicti vasallii, n. 14.

Sed quid si dominus sit laicus, & vasallus sit clericus, nunquid pares curiae poterunt cognoscere, an ipsi clericis sit privandus feudo occasione felonie (c), vel delicti? Resp. quod sic. Ita tenet Innoc. in c. verum, de foro compet. quam sequuntur committentes Scribebentes, ut dicit Alexan. confil. 59. circa princ. lib. 1. Ripa in c. decernimus, post n. 21. ver. Intellige de iudicis. Nam respectu feudi, ut inferius dicam, clericus & Ecclesia laicus subjiciuntur.

Si vero sit quæstio inter ipsis vasallos super feudo, tunc aut isti vasallii sunt Duxes, Comites, aut (d) Barones, & sic immediate subjecti Imperatori: & solus Imper. inter eos iudicat. Text. est in c. 1. apud quem, vel quos controvers. feud. &c. Et dicit Curt. jun. de feud. in 7. par. in 1. reg. quod omnes Feudisti ita determinant. Aut vero est contentio inter vasallos (e) inferiores, & siquidem controversia non est super ipso feudo, vel re feudali, do-

## Sententiarum

minus non est Judex inter ipsis. Ita dicunt communiter Can. ut ait Curt. jun. in d. 7. par. in 2. reg. vers. Septima fallit. Si vero contentio est super feudo, tunc dominus directus est Judex competens inter ipsis. Text. est in d. c. 1. §. præterea si inter.

Sed nunquid hoc casu jurisdictione ipsius domini inter vasallos dicitur ordinaria, vel delegata? Resp. quod respectu causa concernens ipsam rem feudalem dominus habet inter vasallos jurisdictionem ordinariam, & ista est communis opinio, ut dicit Curt. jun. in d. 7. par. in 2. reg. q. 8. Cum n. talis jurisdictione sit à legge collata, merito dici debet ordinaria.

Sed pone, quod contra dominum volentem inter vasallos de feudo cognoscere, unus ex ipsis opponat declinatorem, puta, quia conventus negat esse vasallum, nunquid ipse dominus poterit cognoscere, an sua fit jurisdictione? Resp. quod non. sed super hoc cognoscet Judex ordinarius, qui inde competit, quod iste conventus sit vasallus, remittit causam ipsi domino decidendam. Ita tenet gl. in cap. 1. in gl. fin. de invest. in ma. fact. & est communis opinio ut dicit Curt. jun. in d. 7. par. in 2. reg. q. 7. quia tamen in puncto juris non transit fine difficultate. Et videmus, quod de jure communis Judex, coram quo opponitur declaratoria, semper cognoscit, an jurisdictione sit sua, vel ne: ramen propter auctoritatem gl. & Doctor. difficile est in practica obtinere contrarium, maximè, quia revera magis est interesse domini, qui cognoscere, & iudicare debet, an aliquis sit unus vasallus, quam Judicis ordinarii, qui non tractat nisi de commido sportularum. Quidquid sit, ubi iste excipiens est in causa possessione, vasallagii omnino inclinare in sententiam, quod dominus ipse cognoscet, vel falso pares (f) curiae, non autem Judex ordinarius.

Et hæc quidem conclusio, quod sc. inter vasallos de feudo litigantes dominus sit Judex ordinarius, de plano procedit, quando vasallii sunt laici. Sed quid si vasallii sint clerici, & dominus sit laicus? Resp. quod adhuc ipse dominus est eorum Judex (g) ordinarius. Et ista est communis opinio, ut dicit Maria in c. ex transmisja in 5. limit. de foro compet. Fel. in c. verum, post num. 3. vers. tenent Modern. de foro compet. Curt. jun. d. 2. reg. in 2. q. Jac. de feud. in verb. Et dicti vasallii, n. 3. Nam ut dixi ratione feudi Ecclesia, & clerici domino laico subjiciuntur, prout etiam illi communis opinio, testatur Decret. in c. ceterum n. 20. de iudic. Et ita de consuetudine servarum, quod Judex laicus cognoscit de re feudi inter clericos, prout de re ipsa consuetudine attestatur Arch. in c. mico, de cler. conjug. 6. Et ita servarum Parliamentum Delphinalium, ut refert Guid. Pap. dec. 139. num. 2. in fin. Beue verum est, quod hæc opinio, aliquando non placet Doctor. Canon. quorum multi tenuerunt, quod clerici non mutant forum in causa feudi. Et ita hanc esse communis opinio. Doctor. Cano, attestatur Guido Pap. in allegata decif. 139. in primis verbis, sed hodie alia opinio est magis communis. Legist. & Canonist. & ideo sequenda, salvo semper iudicio sancte Ecclesie. Et ita servarum Senatus.

Quæ quidem opin. modicam habet difficultatem, quando inter ipsis vasallos clericos agitur de proprietate ipsius feudi, & sic de ipso feudo. Sed quid si agatur de possessorio, & sic solum de possessione ipsius feudi? Resp. Gios. in d. c. ceterum, in verb. Quandiu parati de iudic. tenuit, quod eo casu iudicium spectet ad Judicem ordinarium Ecclesiasticum, sed tamen illa gl. in hoc comm. reprobatur, ut dicit Bald. in eo. c. ceterum, quem refert Jacob. in verb. Et dicti vasallii, post num. 5. ideo tenenda

## Lib. IV. §. Feudum, Quæst. XCI.

321

tenenda est (b) contraria opin. quod sc. utroque casu cognitio spectet ad dominum directi, quam dicit esse communis. Arct. in d. c. ceterum, col. 4.

Et post cum Dec. ibi, post num. 66. vers. An au-tem si agatur. Curt. jun. in d. regul. in quæst. 6. Regulariter enim ille debet esse Judex in causa possessionis, qui est Judex competens in causa (i) proprietas.

10. Sed quarto, nunquid poterunt vasallii de feudo litigantes prorogare jurisdictionem alterius? Judicis sine licentia ipsius domini? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in l. 1. num. 2. ff. de iudic. & est communis opinio, ut dicit Alex. in l. 1. §. & post operis, n. 21. ff. de novi oper. nascita. (k) Jac. in verb. Et dicti vasallii, num. 32. Curt. jun. in d. 2. reg. in 5. qu. Sapio, in d. l. 1. num. 23. ff. de iudic. Maranta in suo Speculo, in 4. parti. principali in 2. divisio, num. 19. Ex quo enim talis jurisdictione domino est à legge specialiter tributa, non potest consensus partium contra privilegium à jure concepcionem quicquam operari, ut in simili dicuntur de clericis, qui non possint, etiam si veint, consentire (l) in Judicem laicum in praedictum jurisdictione Ecclesiastica. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando causa est super re (m) feudali: sed si est super alia re, tunc bene possint vasallii prorogare jurisdictionem alterius domini, non modo si essent simpliciter subditi ipsi domino ratione jurisdictionis, & subjectionis, sed etiam si teneant ab eo feudum. Ita allegatur tenere Bart. in d. §. & post operis, num. 8. & in d. l. 1. num. 4. ff. de iudic. quod dictum Bart. omnes sequuntur, ut dicit Capit. decif. 9. num. 11.

11. Successive queritur, si dominus iudicavit in causa feudali inter suos vasallos yertente, ad quem sit appellatum (n) ad proximiorum dominum, qui sit superior illius feudi, & si deinde etiam à proximiori domino, qui sit superior illius feudi, contingat appellari, erit appellandum ad dominum magis superiorum. Ita sententia Joan. Raynay. in repet. cap. Imperiale, §. præterea si inter. de probib. feudor. alienat. per Frider. & est communis conclusio Doctorum, ut dicit Curt. junior in d. 7. part. in 2. regul. quæst. 11.

## ADDITIONES.

(a) **S**it Judex. 1. Et generaliter qui debeat esse Judex in causa feudi, vide per Jacob. eod. tractat. verb. Et dicti vasallii, sub num. 1. Sed an cognoscens de causa feudi debeat servare ordinem iudiciorum? vide per eundem eod. tract. verb. dicti investit. num. 25. dicit, quod solus Imperator iudicat, ut Deus, per Menoch. respon. causa fin. Giach.

(b) **P**ares curiae. Quis sit judex in causis feudalibus? In clarum nostrum, & ab eius recentiori, abunde explicat Ludolph. Schradet, in tract. feud. part. 10. fest. 5. & 6. Borcholt. in Commentarij. in consuet. feud. cap. 10. Vult. lib. 2. de feud. cap. 2. Rofenthal. in tractat. juris feud. cap. 12. conclus. I. & seqq. Bocer. class. 5. disp. 21. the. 20. cum Jegg. & Paulus Berens disp. feudal. ult. per tot. Harp.

(c) **P**ares curiae. Verum pares curiae qui dicantur, vide per Jac. in suis questionibus feudalibus. num. 40. in eod. verb. Et dicti vasallii, sub num. 9. Et an possint constitutere locum tenentem? vide per eundem ibid. num. 11. Et an debeat iuvare de recte iudicando? vide per eundem ibid. num. 12. pro & contra. Giach.

(d) **F**elonies. Hic caduca pulcherrima dubitatio. An padum, quod propter feloniam feodium non perdatur, valeat? vide, arque die, ut per Jac. in suis questionibus feudalibus. q. 6. num. 11. Et circa qu. autem iudiciorum vide fufius per Jacob. in d. verb. & dicti vasallii, sub num. 10. & 23. Giach.

(e) **A**ut Baronies. 1. Adde, & vide per Jacob. ubi supra in princip. Giach.

## QUESTIO XCII.

SUMMARIUM.

EX CLARO.

1. *Tempora appellationum statuta à jure communi an fint servanda in causis feudalibus.*

Ex Additionibus.

1. *Tempora appellationibus jure communi definita, observanda sunt etiam in controversiis feudalibus.*

2. *Nullitatis judex idem in feudalibus, qui in aliis.*

**Q**uero, an tempora appellationum statuta à jure communi sunt etiam servanda in causis feudalibus. Responde. quod sic. Et est communis conclusio Doctor. ut dicit Curt. jun. de feud. in septima parte, in 2. regul. quæst. 13. Ubi enim non repertur aliquid specialiter in feudis continutum, semper servandum est (b) jus commune.

## ADDITIONES.

(a) **A**N tempora appellationum statuta à jure comp. mun. sunt etiam servanda in causis feudalibus.] Quoniam à jure communi sunt etiam servanda in causis feudalibus appellationibus alia tempora definita non sunt: ea, que jure communi sunt introducta, observanda veniunt. Ita, præter clarum hoc locum nostrum, traditum Andreas de Her. Belvif. Alvaro, Laudens. Praeposit. Ravenn. Afflit. Schenk. Baro, Balzaran. & alii in cap. 1. §. fin. quo tempore miles investitur per dict. tit. 22. lib. 1. F. Mozz. de naturalib. feudi. num. 127. vers. amplia, ut ordo iudiciorum, &c. Myning. cent. obser. 5. num. 5. Hartman. Hartman. obser. 25. in fin. de appellat. tit. 17. lib. 2. Atque ita in iudicio Camere Imperialis sepe obtinuisse testatur Fichardus in addit. ad Villalob. tit. F. num. 28. eumque referens Vult. lib. 2. de feud. cap. 3. num. 5.

<sup>2</sup> Sed & nullatis iudex idem hic erit, qui iure civili, nemp vel is, qui sententiam tulit, vel iudex appellatoris, docente Henrico à Rosenthal, in mat. juris feud. c. 12. concl. 20. num. 15. HARV.

(b) *In commune.* J. Probatur. Nam ubi in materia feudali occurrit causus non decisus in constitutio-ibus feudorum, debemus flare dispositioni juris communis, §. *frvnuus*, qui est text. not. de feud. cognit. Item alia ratione, quia id, quod non mutatur flare minime prohibetur, ut habetur in *L. sancinus*, C. de testam. & in *L. p̄cipimus* in fin. C. de appellat. & est gloss. in *L. si quis*, C. de Episcopal. aud. cum similibus,

de quibus per Olafc. decisi. 31. num. 4. Facit tertio istud. Nam ubi aliquid haud est determinatum lege, ad officium jus dicentis est recurendum, l. 1. ff. de jure deibet, & cum similib. & iudex regulari deber, & esse conformis iuri communi: non autem nec durior, nec clementior lege, §. *opores in Autent. de judicis.* Et judicis officium est in admittendo: vel rejiciendo appellationem coram se factam, & interpositam; habetur per Brunal. in rubr. de provoca. & appellat. nro. Igitur servandum est jus commune appellationum. GIACH.

Finis Practicæ Civilis.



## INDEX RERUM NOTABILIUM LOCUPLETISSIMUS

In Praticam Civilem

### JULII CLARI ALEXANDRINI

JURISCONS. CLARISS.

**A***Ex Claro.*

**A**BSENTI facta donatio an valeat, §. *Donat.* q. 12. num. 1.  
Et quid si interveniat nuntius, vel epistola, *ibid.*  
Et quid si donatarius adipiscatur possessio-  
nem rei donatae, *ibid.* num. 3.  
Et quid si donatio facta sit Ecclesiis, *ibid.* n. 6.  
Et quid si Notarius pro absente stipuletur, q. 13. ubi  
etiam, an possit ante acceptationem ipsius absentis  
revocari, *ibid.* & seqq.

*Ex Additionibus.*

ANSENS damnatus per sententiam ex forma statuti, quod  
ab his pro confesso habeatur, quatenus testari possit,  
§. *Tess.* q. 21. num. 9.  
**A**CEPTATIO, cum pupillo sine autoritate tutoris fac-  
ta, valet, §. *Emphy.* q. 6. num. 6.  
**A**CIDENTIA non mutant propriam rei formam, *lib.* 3. §.  
*Tessam.* q. 12. n. 17.  
**A**CTUS alienus nullus testamentum immisceri debet, §. *Tess.*  
q. 75. num. 2. & cur prohibeantur, *ibid.*  
Actus sub conditione factus, ex non existente, effectum  
non habet, §. *Emph.* q. 27. num. 3.  
Actio omnis ex delicto descendens est personalis, §. *Do-  
natio.* q. 1. num. 26.  
Actio ex pignoris contractu descendens, pignoratitia  
dicitur, §. *Emph.* q. 47. num. 3.  
Actio equid ingrati, que donator ad rem revocandam  
competit, civilis sit, an vero realis, §. *Don.* q. 21. n. 18.

*Ex Claro.*

Actio pro feudo quo competat, §. *Fend.* q. 29. n. 1.  
Actio que competit pro emphyt. §. *Emph.* q. 47. num. 1.  
Advocatus filiusam, an possit testari de falaris per eum  
lucratis, §. *Tess.* q. 12. num. 7.  
Agnatus habens partem feudi, si acquirat aliam par-  
tem, an tencatur pro illa petere novam investituram,  
§. *Fend.* q. 49. num. 17.

Agnatus proximior an possit revocare alienationem feu-  
di factam per vasallum, & usque ad quod tempus,  
*ibid.* q. 42. num. 10.

Et quid si alienatio facta sit in extraneum, *ibid.* n. 9.  
Et an admittantur ad hujusmodi revocationem, etiam si  
hunc heredes alienantur, *ibid.* num. 14.

Et quid si agnatus proximior confenserit alienationi,  
an talis confessus ejus filii praejudicet, *ibid.* num. 12.

Et an praejudicet agnatus medii gradus, *ibid.* num. 13.

Et quid si filius alienans, & proximior agnatus con-  
currant, ad hujusmodi revocationem qui preferatur,  
*ibid.* n. 8.

Agnati proximiores aperto feudo an praferantur domi-  
no, *ead.* §. q. 66. num. 1.

Agnatus transversales an succedant in feudo, *ead.* §. q.  
79. n. 1.

Et an in feudo novo, *ibid.* num. 2.

Et an unique ad septimum gradum tantum, vel etiam  
ultra, *ibid.* num. 3.

Et quid in feudo concessio clericis, pro se, & heredibus,  
num. 4.

Agnatus vel filius an possint repudiare hereditatem, &  
retinere feudum, *ead.* §. q. 76. n. 1.

Et quid in feudo non hereditario, *ibid.* n. 3.

Agnati proximiiores finito feudo an possint petere se de

ipso feudo investiri, *ead.* §. q. 42. num. 1.  
Agnatus vel filii emphyteutæ an possint finita emphyteutæ  
petere, ut eis reformet, §. *emphyteutis*, q. 43. n. 1.  
Et quid in transversalibus, *ibid.* n. 2.

Et quid in emphyteuti Ecclesiatica, n. 3.

Et quid si fuerit aliis de ea investitus, *ibid.* vers. Sed  
pone.

Et an hoc dure post annum, *ibid.* vers. Quinimo.

Et quid si dominus directi velit pro se retinere, *ibid.* vers.

Sed quid si Ecclesia.

**A**LIENATIO rerum hereditis, an possit per testatorem prohi-  
biter, §. *Tess.* q. 71. n. 2.

Alienatio legitima an possit per testatorem prohibiter,  
*ead.* §. q. 73. num. 1.

Alienatio vel emphyteutæ prohibita est domino ir-  
quisito, §. *emphyt.* q. 13. num. 1.

Alienatio vel emphyteutæ in potentiore prohibita est,  
*ead.* §. q. 22. num. 1.

*Ex Additionibus.*

**A**LIENATUM quid propriis dicatur, *lib.* 4. §. *Fend.* q. 31.  
num. 5.

Alienatio ubi permitta est, ibi & heredes institutio per-  
missa censetur, *ibid.* q. 40. n. 4.

Alienatio prohibita, id etiam prohibitum videretur, ex  
qua sequi alienatio potest, *ibid.* q. 35. n. 14.

Alienatio prohibita, non censetur prohibita alienatio  
necessaria, §. *Emph.* q. 15. num. 6.

ALIMENTA debentur illi, qui aliquo causa dominus est  
futurus, *lib.* 4. §. *Fend.* q. 23. num. 5.

Alimentis renunciari non potest, *ibid.* 4. §. *Don.* q. 19.  
num. 7.

*Ex Claro.*

ANNUIS ad petendam investituram quando incipiat cur-  
rere vasallo, §. *Fendum* q. 49. num. 3.

Et an curat impuberi, *ibid.* num. 4.

Et quid in feminis, *ibid.*

Et an minor restitutur aduersus lapsum hujus anni,  
*ibid.* num. 5.

Et an hoc tempus currat vasallo non possidenti feu-  
dum, vide infra, verb. *Vasallus.*

Et an possit morte purgari, *ibid.* & seq. num. 9.

**A**PPELLATIO in causa feudi ad quem devolvatur, §.  
*Fend.* q. 90. num. 11.

Appellatum tempora quomodo currant in causis feu-  
dibus, eo, §. q. 91. num. 1.

*Ex Additionibus.*

Appellatio à sententiā lata, quatenus tendat ad regin-  
dandam sententiā, *lib.* 3. §. *Tess.* q. 43. num. 2.

*Ex Claro.*

**A**RBORES fructiferas incidere non licet emphyteutæ, §.  
*emph.* q. 26. num. 2.

**A**RGUMENTUM de feudo ad emphyteutin an valeat, §.  
*Fend.* q. 3. vers. Et hac quidem.

Argumentum de feudo ad emphyteutin, an valeat, &  
contra, §. *emph.* q. 50. num. 1.

**A**UGMENTUM contingens in re emphyt. ad quem perti-  
neat, *ead.* §. q. 41. num. 1.

*Ex Additionibus.*

Augmentum omne indistincte ad emphyteutam pertinet,  
*lib.* 4. §. *Emph.* q. 41. num. 1.

**A**UCTORES, qui concludunt, testamentum quoad origi-  
nem & inventionem, juris gentium; quoad for-  
matum vero, juris civilis est, *ead.* lib. 4. §. q. 2. n. 2.

Auc-